

7. 1718, 12. 2. 15
Στη Θερμή περιόδο.
DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
DIÆTA
NONNUNQVAM SALU-
TARITER NEGLECTA
ET NEGLIGENDA,

QVAM,
AURIGANTE DIVINO NUMINE,
CONSENSU INCLUTÆ FACULTATIS MEDICÆ
IN PERANTIQVA ELECTORALI ACADEMIA
HIERANA,

SUB PRÆSIDIO
DN. JOANNIS FRIDERICI
DE PRE,

PHILOSOPHIÆ ET MEDIC. DUCT. FACULTATIS MED. ASSESS. ANAT.
CHIRURG. ET BOTAN. P. ORD.

PATRONI ET PROMOTORIS SUI COLENDISSIMI,

PRO LICENTIA
HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
LEGITIME CONSEQUENDI,
PUBLICO PHILIATRORUM EXAMINI
SUBMITTET

MARTINUS SIMEON Stard/
BOLESLAV. SILESIUS.

DIE VI. SEPTEMBRIS, ANNO CLO ICCC XIIX.
HORIS LOCOQUE CONSVENTIS,

ERFORDIAE,
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.

VIRIS
Generosissimo, Maxime Strenuo ac Consultissimo
DOMINO

CHRISTIANO PFEIFFERO à PALMEN-KRON,

Inclutæ Reipublicæ Vratislaviensis JCto
Celeberrimo;

Nec non

Præcellentissimo, Amplissimo, Doctissimo
DOMINO:

M. CHRISTIANO STIEFFIO,

Rectori, Professori ac Bibliothecario Mariæ-
Magdalæneo longe meritissimo;

Patronis suis ac Præceptoris æternum singu-
lariter colendis,

Hanc Dissertationem Inauguralem

In grati animi tesseram

Offert & consecrat

A U T O R
MARTIN SIMEON Starck.



PRO O E M I U M:



Iætam non solum antiquissimam, sed & nobilissimam esse partem Medicinæ, nemo inficias ibit, qui modo ex sacro codice sibi in memoriam revocat: Patriarchas procul dubio sine pharmacopoliis adeo longævam solâ diætâ duxisse vitam; qui vel perpendit: Diætam non solum succurrere sanis, sed & ægrotis. Hippocrati diæta sèpè primarium, imo solum fuit remedium, quo ægros restituit, hinc multum magis Medicinæ diæteticæ Autorem quam clinicæ nominandum existimant; conf. Cleric. *Histoire de la Medicine P. I. p. 181.* Cui ignotum est, multos morbos negligèt diætâ evadere incurabiles? Incassura quivis, (nec Helmontio excepto in *Zr. de vietus ration. p.m. 448.*) arcanis omnibus Scorbutum, Chlorosin, Hydropern, Fluorem album mulierum, Ulcera sordida & centum alios morbos curare tentabit spretâ Diætâ. Attamen non dubito contrarium, uti multis ad minimum videbitur, assertere! audaculum omnino judicabis B. L. assertum meum: Ast pro æquitate tua judicium tuum paululum suspendes, usque dum mentem meam explicavero; Afferens: Diætam nonnunquam esse negligendam: non tamen eam intelligo, quam ipse in §. ultimo hujus Diff. definivi; sed quam vulgo per congruum usum sex rerum

A. 2

rum

rum non naturalium describunt. Itaque animō nullatenus constitui, gentis Scythicæ comedationes hac Disputatione approbare, ejusmodi gulonibus patrocinari, qui cum Dionysio Minore s̄epe ad nonagesimum usq̄e diem ebrii perseverant, teste Aristotel. in Polit. Vel cum Svitrigalo Lithuaniae Duce cœnam in sex horas protrahunt, cum ferculis non minus CXXX. conf. Aeneas Sylvius in Comun. in Panormit., quos mente omniq̄ spiritu abhorreo: sancteque obtestor; me neutiquam meditationes hasce, pro stabilienda eorum malitia, applicare velle. Et ut dicam, quid has in medium proferre me moverit; accipe: Videmus multos in observanda diæta studiosissimos longè miserioris esse conditionis iis, qui minus eam attendunt: Pueros tali diætæ à teneris assuefactos ac mancipatos ordinariè fieri valetudinarios, & à levissimo errore mox lædi maximè: Ægros s̄a p̄e ejusmodi diætæ neglectu se liberare optime, & è contrario lædi observantia ejusmodi regularum diæticarum. Quis exin non concludet, ejusmodi diæram neutiquam esse genuinam? Et verum. Non dicam regulas ea deductas multas plane esse falsas, uti verissimum; Sed sufficiet, si hâc Dissertatione ostendero, plures nimia peccare universalitate & vel plane non, vel parum ad diversam constitutionem & animæ & corporis in homine respicer. It. tantum ad præsentem statum, neutiquam ad futurum, attendere. Accedit etiam, quod diæta multorum Medicorum evaserit ignorantiae asylum; quando negle&tæ diætæ ingravescerent morbum s̄epe adscribunt, quod ignorantiae Medici, tam quoad morbum, quam quoad morbi remedium attribuendum erat. Quid mirum, quod locutio proverbialis in veram abierit?

rit? Optima dieta pessima dieta. it. *Medice vivere est pessime vivere.* Tandem non minus Hippocr. Aph. 5. Lb. I. aphor. in hanc sententiam me compulit, quae ita se habet:
 Πᾶν γάρ τὸ ἀνθρώπινοῦ ἀπόγονος μέγα, γίνεται μᾶλλον σὺ τοῦτο λεπτῆρον ἢ εἰ τητοῦ
 ὄλιγος ἀδροτέρητος διατήρησον. conf. & aph. 4. Non minus & Cels. verba me moverunt Lb. I. Cp. I. *Homo sanus, qui & bene valet & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet; ac neque Medico, neque Jatraliptâ egere:* Hunc oportet varium habere vitae genus, nullum cibi genus fugere, quo populus utatur, interdum in convivio esse, interdum ab eo se retrahere, modo plus justo, modo non amplius assumere. Forstian hæcce operâ exigua obtinebo, ut imposterum mollem adeo educationem liberorum multi fugiant, sibique & suæ sanitati melius consulant, adversa nonnunquam perferendo viribus adhuc integris, ne iis fractis aliquando nimis lœdantur. Item, ut prius regulas diæteticas universaliares, v. gr. Man meide alle saure salzige und harte Speisen / &c. probe examinent, an etiam à sapiente & prudente Medico sint prolatæ & ad constitutionem animæ & corporis accommodatae. Me imposterum præxi Medicæ consecratum hæcce ventilatio admonebit, cautè in præscribenda diæta mercari, ægrotis non omnia, cum Asclepiade, conf. Cler. l. c. P. II. p. 103. concedendo, nec cum Callianace, Heraclide & Methodicis omnia ferre, præter aërem, denegando conf. id. l. c. p. 36. & 83. & 170. sed quantum in viribus repositum erit, & auxiliante divino Numine, succurrendo genuina diæta.

S. I.

ACturo de diæta mihi incumbere videtur, præmittere O-nomatologiam. Derivat vero sua incunabula a Græcis, an autem a Æda & Ætate mansio, an potius a Ædis Ætatis e-pulum,

pulum, aliis discutiendum relinquō: nominatur Diæta definitione nominali certus vel Medici vel proprio consilio electus vivendi modus. Vocatur etiam a nonnullis Hygiene (acsi modo circa sanos verisetur) neutiquam tamen adæquate, quia ejus regimen non tantum in sanis, sed vel maxime in ægrotis ad instar Pharmaciae & Chirurgiae, est attendendum. Nec meliori jure non nulli solam viætus rationem diætam integrum absolvere assentunt, uti Helmontius, qui sobrietatem totius diætae cardinem habet. p. m. 449. quo sit, ut in hac explicazione acquiescentes, eam male distinguant, in crassam, medium ac tenuem, conf. Sennert. Inst. Lib. p. II. Sect. III. Cap. III. tandem diæta strictissime significat decoctum diaphoreticum.

§. 2. Definitionem: nominalem sequitur realis, quæ vulgo sequens venditatur: Diæta est legitima administratio sex rerum non naturalium. Quæcet. Diætes p. 2. alii cum Castello definiunt; per certam vivendi normam, qua ratione & sanus & agrotus in rebus non naturalibus v. g. cibo, potu, aere, otio, exercitatione, venere, somno, vigiliis, repleione, inanitione, & animi affectibus se gerere debent, ille ut similibus sanitatem conservet, hic ut prope modico contrariorum usus ruentem corrigat. Utraque vero Definitio vitio non caret. Neutraenim mentionem facit instinctus naturalis, temperie corporis, nec, qua ratione quis corpus suum præservare debeat, quominus morbis imposterum fiat obnoxium. Ut taceam, non semper conservandam esse sanitatem similibus, sed sœpe etiam contrariis exercendam, quo firmior evadat; Nec semper contraria conducere, siquidem dolores sœpe per dolorem fluxus per fluxum sunt abigendi.

§. 3. Accurior omnino substituenda esset definitio, si assertum meum: quod scilicet nonnunquam negligenda sit Diæta, non potius ex vulgari quam alia probandum esset. Ne autem sibi quis persuadeat, me ipsum meliorem nescire, apposui eam in §. ultimo. Interim prolixitatis evitanda gratia quadam axiomata præmittere hic licebit, ne deinde in ipsa tractatione loco probationis ea semper repetere necesse habeam. 1.) Sanus nullus se legibus obligare debet, nec certo cuidam ordini præcipue in rebus indifferentibus & sœpe nullius momenti assuefcere, licet sit bonus, ne deinde consuetudine lœdatur. Siquidem

dem homines deprehenduntur semper durioribus assueti, qui
deinde molliora preferre non potuerunt, qualia exempla vid.
in Magnif. Bohn Lb. de offic. Med. p. 374. & cum paucissimi adeo sui
Juris sint, ut nunquam ad aliorum mentem se accommodare ob-
stringantur, nisi veint in eremo vitam degere, patet hujus a-
xiomatis probatio. 2.) In Diæta sanorum non solum ad statum
seu sanitatem præsentem est respiciendum, sed & futurum;
Hinc nonnunquam contrariis & leniter noxiis sensim sensimque
est assuescendum, quo si ejusmodi corpus deinde aggrediuntur
minus laudent, & imprimis durioribus magis quam molliori-
bus, quoniam assueti duris facile molliora preferre discunt, non
vice versa. Per contraria vero neutriquam medicamenta intel-
lico, quæ consuetudine vires suas amittunt, quo minus tem-
pore necessitatis salubrem prodere possunt effectum. Sic no-
vi opio assuetos, qui integrum scrupulum absque effectu, i-
tem tartaro emetico assuetaeos, qui integrum drachmam sine
vomitu adhibuerunt exemplo tamen non imitando. Hoc axi-
ma probatur ex antecedenti. 3.) In Diæta tam sanoram, quam
ægrorum semper ad integrum spirituum constitutionem & tem-
periem corporis, uti & variationem rerum corpus afficientium
sedulo est respiciendum. 4.) Ad mentem non pertinent animæ
functiones naturales ac propriæ v. g. excretiones, chylificatio
&c, nisi in quantum sunt manifeste erroneæ, sic volente DEO,
qui menti alias ejusmodi functiones demandasset.

§. 4. Quod Divisionem concernit, eam non triplicem fa-
cio cum iis qui illam *in naturalem*, quæ cibum & potum, *vita-
lem*, quæ aërem & animi pathemata, *animalem*, quæ somnum,
vigilias, retenta, excreta, motum & quietem complectitur, quia
nullum fundamentum ita dividendi subesse video. Cum autem
ordo tractationis ut eo melior evadat, accuratam divisionem
requirat, diætam potius dividendam censeo respectu subiecti
in *externam*, quæ aërem cibum ac potum complectitur, ac *inter-
nam*, quæ principium vitale & Physico-Mechanicum respicit; Vel
uti vulgo loquuntur: Somnus, vigilæ, motus, quies, excreta, reten-
ta, animi pathemata, ubi vero male negligunt temperiem corporis,
constitutionem reliquam animæ, quia animi pathemata hujus
modo partem exprimunt, Et quod temperiem corporis attinet,

vel

vel ~~et~~ eos convincere licet, male ejusmodi temperiem negligi; Siquidem ipsi fatentur, unum corpus magis proclive esse ad colligendam pituitam, alterum ad visciditatem biliosam, Respectu Objecti adhuc subdividitur in diætam ægroti ac sani; Hanc itaque secundario illam primario sequi placebit.

S. 5. Ab externis nempe aëre & quidem a regime aëris recens natorum ac adolescentiarum initium capebam. Jubent autem præcavere, ne facile aëre frigidiusculo afflentur, hinc si cum iis in publicum prodeunt, os naresque obvelant, e contrario vero eos sape balneo calido abluerendo esse putant *conf. Lang. Disp. de recens nati regime.* Sed quo successu, patet exin, quod ejusmodi liberi miserior evadant conditionis, quam qui a teneris mox frigori assuefunt, qui sane vel nunquam, vel raro plenitide, phthisi corripiuntur. *Refert Clerc. l. c. P. I. p. 44.* Lacædemonios infantes recens natos vino frigido immersisse, qua submersione epilepticos periisse, robustiores vero superstites manisse. Notum est, incolas septentrionales, præcipue Curlandos, Lithuanos &c, durata habere præcordia, frigore maxime a tenoris indurata, siquidem ad annum usque sextum omnium vestimentorum apparatu incedunt denudati, ita, ut e publicis balneis tori astuentes non solum astante in profluente aqua, sed ipsa hyeme in mediem nivem corpora sua projiciant, cum insignis alacritatis consecutione, imo nudis pedibus per glaciem incedant, *conf. Schef. Lappon c. 3.*

S. 6. Forstian regeris, hæc modo locum invenire in regionibus frigidioribus, quales septentrionales, nequitam in temperatis, uti nostra. Ast provoco ad venatores, pescatores, milites in Germania degentes, & imprimitis ad salinatores vicinos Halenses, qui corpora solidissima sibi & suis reddunt, quod mox in aquam irruant gelidissimam. dicens: Eorum infantes jamjam a nativitate gerere præcordia dura, solidamque corporis texturam quasi hereditariam. Respondeo vero: Aut Majores eorum, & etiam nostri, corpora talia indurata habuerunt; cur autem nos degeneravimus? Nonne molliori educatione? Aut æque mollioris fuere constitutionis multi jam recensiti qui solidiorem texturam, cui quodvis frigus parum molestum, sibi compararunt cur non & nos? Existimo itaque recens natos sensim sensimque

sensimque frigori esse exponendos, primo quidem, quia ex atmosphera calida proveniunt, aqua calida deinde tepida & perdetentim frigida esse abluendos; sed ita tamen, ut atmosphera hypocausti balneo correspondeat, & ne mox ab uno extremo ad alterum cum iis procedatur, usquedum aliqualem solidorem texturam sibi comparaverint.

§. 7. Existimant scriptores diætætici serenum aërem auram que tenuorem omnium maxime convenire contrariam vero no cere. conf. Sennert. l. c. p. 811. *Institut.* Hinc tempus vernalē salubritate omnibus reliquis anni partibus esse anteponendum censet. Hoffm. in *Med. System. rational.* mox tamen subneicit: aërem purum illum esse, qui de subtilissimo ætheris fluido multum participat. Hinc potius ætas salubrior esset nominanda. p. 640. sibi ipsi videtur contradicere, asserendo nunquam plures produci morbos, quam tempore verno & autumnali, quia aëris multis natu ræ inimicis exhalationibus tunc est refertus. Provoco potius ad experientiam. Sic refert. *Mundus Biocbreſol. Comm.* l. c. 8. citante illum Bobm. de offic. med. p. 369. se nosse subiecta quibus molesta aura tenuior extiterit, & crassiorem repetere coacti fuerint. Huic ratio consentit, qui enim sanguinis textura magis expansa seu ræfæcta habituque corporis rariori gaudent, ii semper crassiorem expetunt aërem.

§. 8. Jubent porro sollicitè attendere ad influxum stellarum, aspectum Planetarum signa nempe Zodiaci, ab ingenio hominum excoxitata, it. incrementum ac decrementum Lunæ. conf. Quercetan. Diet. p. m. 146. hinc diebus canicularibus nullam adhibendam esse medicinam. Ast quis non videt ejusmodi influxum excepto solis influxu non solum falso fundamento, sed & ipsâ superstitione niti. Lunæ influxus adhuc probabilior reliquis, si justis limitibus circumscriberetur admitti posset, quatenus radios solares excipit & in atmospharam nostram transmittit. Sic non ipsius lunæ quam solis à luna modificatus est influxus, qui neutiquam illius efficacia in humores nostros ac spiritus est, ut vulgo æstimatur, quia nequidem exiguum nubeculam suis radiis dispellere valet. Propria verò lunæ atmosphera atmospharam quidem Planetæ, quem inhabitamus, attingit; Quod vero usque apud nos adeo efficaciter agat, ut aë rem

rem, vel salubrem, vel insalubrem reddat, incrementum ac decrementum in animalibus, & quidem magis, quam sol, efficiat, id vide refutatum, uti & reliquarum stellarum influxum à Magnif. Rivino, Praecep. ac Patrono meo aeternum devenerando, in Diff. de Medico superflitioso a. § 23. -- 59. Videant hinc multi Medicastri, quo superstitionem suam excusent, quod multos pleuriticos absque V. S. celebrata, asthmaticos Catarrhoque suffocativo laborantes, & multos alias absque evacuantibus, diebus canicularibus perire fecerint. Nonne dantur subjecta, quæ subtillissimo æthere, quo dies caniculares abundare plerumque soleat, maximè indigent? qua ratione iis denegabunt evacuationes, cum in promptu sit in aëre, quo restitui possunt?

S. 9. Circa aëris regimen ægrotorum, omnem auram frigidam funestam perhibent; hinc ægrotos præcipue febricitantes, variolosos, aliisque exanthematis laborantes summo torrent æstu, januas ac fenestras semper clausas, industriaque nunquam immutata commendant: Hos tamen jamdudum carbone notarunt Forest. Lb. 6. obs. 44. Rondeletius de febre Synocho Holl. cp. 2. de febr. ardent. & è recentioribus Sydenham p. m. 177. & 179. & sane multi aëre frigidore non solum recreantur, sed & restituuntur, qui calidiore periissent. Quis nescit alvi obstrunctiones sape pertinacissimas solvi refrigerio leni, colicam biliosam potu gelido & aura frigidio? refert Braggiavolus Cp. 9. Tr. de Med. purg. Ducec Ferrariensem Borilium alvi duritie pertinacissima laborantem consilio Savanarolæ super pavimentum marmoreum copiosiore frigida aqua conpersum nudis pedibus ambulando liberatum fuisse; Huic adjunge Zacut. Lusit. Prax. adm. Lb II. obs. 24 qui dolorem colicum emplastro ex nive & potu gelidissimo & quidem in hymene felicissime curatum observavit. Quis itaque in genere omnibus ægrotis aërem frigidum exitiosum existimabit. Conducte ne aér vaporosior & madidus, quem & corpus ægroti & adstantes exhalant, magis aura repurgata, modo non manifeste frigida præcipue in febribus malignis, uti purpura alba? Vix mihi persuadeo. Cui bono in multis morbis v. gr. febribus ardentibus neutiquam malignis, adeo superstitione mutationem indiutorum in hypococausto calido calefactorum prohibet? forsitan, ut industia squalore referta eo melius transpirationem impediatur, ægrotum-

xgrotumque ad putredinem usque macerent. Forstian fugiunt indusia repurgata ob particulas nitrofas & saponaceas à lotura relietas, quasi nimis refrigerent; quasi vero alias sanus præcipue xgroti obstrictus non posset calore suo vitali prius per diem calefacere, nisi metus inanis esset.

§. 10. Aërem excipiunt Cibus ac Potus. Circa hos observare jubent, ut infantes ab ipsa Matre nutriantur, quod melius nutrimentum capiant à matris quam nutricis lacte, ipsa sic jubente natura, quæ matri non alium in finem mammas ac colostrum largita fuisset, quam ad nutriendum infantem ejusque meconium colostro leviter ejiciendum: conf. Spiegel. de format. fetus Cp. 13. p. 16, imo piaculum esse in matre lactationem propriæ prolis recusare teste Gellio noct. att. Lb. 10. Cp. 1. Ast experientia exhibet, multa vegetabilia felicius luxuriare alieno solo tradita v. gr. pirus, caryophylla variaque olera, quidni & animalia. Nonne quotidie videmus, multos infantes melius nutriti lacte nutricis, quam matris; quoniam matres ut plurimum postpartum valde sunt debiles, exsuccæ, nimis delicataæ, saepeque immorigeræ. Et sane citius est invenire nutricem bona valetudinis ac indolis, quam matrem sanam & bene moratam. Accedit & hoc, quod infans mox hac levimutatione aliena, ne modo sint valde diversa, perferre discat, quod vel maximè necesse est. Colostrum licet vices medicamenta leniter laxantis gerat, tamen hoc etiam ipsum nutricis lac præstare potest. Quod autem moralitatem lactationis in matre attinet, putarem, non tam quamlibet foeminam in Individuo, quam integrum sexum sequiorem ad hoc officium esse obligatum, modo nutrix substituatur bene morata.

§. 11. Qui vero nutricem concedunt, volunt ut ejusmodi eligatur; quæ nuper peperit, et si vetula, & non tam bene constituta; ut alia, quæ per aliquot tempus lactavit, quia hærum lac nimis esse crassum credunt; quasi quovis die non appelleret novum. Etsi etiam crassities adeo timenda esset; Nonne liberaliore potu & parciore cibo id emendari posset? ut itaque non videam, cur juvencula bona constitutionis, licet per aliquot tempus lactaverit, vetulæ recens puerperæ non sit præferenda. Alii promiscue sanguineam & succulentam commendant, etiam pro infante imbecillioris constitutionis ac tenerioris tex-

turæ ; Hinc sàpe infantem lactando maestant. Alii commen-
dant nutricem ad puellam lactandam, quæ masculum peperit
& vice versa ; quasi vero lac non potius alimentorum naturam
quam masculum enixum , sequeretur.

§. 12. Quod diætam adulutorum in assumendis attinet , va-
rietaltem eorum uno prandio tot malorum causam accusant,
quot species fuerint Confert. Queret. l. c. p. 227. & quidem ex ea
ratione, quia alia citius , alia tardius mollescunt , & in corpus
dividuntur, vid. Hoffm. l.c. p. 561. Sandor Lib. I. apb 51. de cibo &
potu. Hinc potius uni cibo potuique assuescendum censem.
Refutant autem hoc assertum vel ruricolarum mensæ , quæ ad
minimum pane, carne, oleribus, acetaris, caseo, butyro sunt in-
structæ absque ullo sanitatis ac longævitatis detrimento. Et sit
quod nonnulla alimenta citius mollescant, alia tardius , quid
exinde mali ? Digesta enim ventriculum egrediuntur, & mi-
nus digesta ulteriore adhuc concoctionem subeunt. Nam
non video , cur cruda cum digestis ac in chylum sive chymum
potius transmutatis necessario egredi debeant , nisi nimia quan-
titas, & exim pressio urgeat. Et si etiam nonnulla cruda è ventriculo
discidunt, cum facibus rursus ejiciuntur , quia orificia vaso-
rum lacteorum minima ingredi non valent, nec ea facile obstruere
possunt, ob motum continuum petiftalicum. Quoties ruri-
cola non edunt lacticinia , quibus carnes sàpe bovinas adjun-
gunt ? Lacticinia autem vel parum vel nullum chylificationis
tempus requirunt; caro vero bovina longâ digestione ac chyli-
ficatione habet opus. Interim ex horum combinatione nil ma-
li sentiunt.

§. 13. Existimo itaque hominibus varietatem potius com-
mendandam esse , qua succulenta cum siccis , fructus cum pa-
ne, alimenta calidioris naturæ , ut aromata cum alimentis fri-
gidioribus v.g. piscibus combinent; potum autem pinguorem
ac spirituosiorem cum tenuiore temperent. Observandum ta-
men , ne ejusmodi esculenta ac potuienta mox se subsequantur,
quoniam se invicem corrumpunt ac destruunt v.g. acida lacticin-
ia , fructus acido dulces & lacticinia , nisi & in his consuetu-
dini aliquid condonandum sit. In genere puto præcipiendum es-
se , ut variis potuum ac cihorum generibus affuecant; ne de-
inde

inde uni assuefacti ad alterum, præcipue vini haustum, languescant, & lipothymia, nariumque hæmorrhagia commissum errorem luere cogantur, qualia exempla refert *Pechl. Lib. III.*, *obs. 38.* ut taceam, ejusmodi varietatem ciborum ob jucunditatem efficeret, ut anima longe avidius meliusque assumta digerat: una species v. g. condimentum inservit ad excitaudum & demulcendum appetitum, alia ad nutriendum, alia ad roborandum ventriculum flatusque discutiendos. verum enim vero quando ejusmodi varietas adhibetur ut eo melior in glacie detur occasio, detestanda ac obominanda est, quoniam illius finis non est conservatio, sed destrucción sanitatis.

§. 14. Accuratum ordinem ulterius attendere jubent, hinc volunt, ut duriora alimenta, quæ recentem adhuc & vegetem fermenti salivalis vim requirunt, præmittantur, *conf. Hoffm. l.c. p. 545.* quasi lympha (quæ tamen parum diluendo, ad concoctionem facit) multum succedente lympha salivali differret & reliqua ingesta non mox subsequerentur & non intime ob conqualificationem miscerentur. si tamen certus observandus esset ordo, judicarem potius cum Sennerto *Inß. p. 887.* lubrica v. g. butyrum ac emollientia præmittenda esse, ut minus laboriosa fiat deglutio: quod tamen ut semper observetur, nemini suaderem. *Sanctorius Lib. III. Aph. 47. l.c.* afferere non dubitat: Potum inter prandium ac cenam nocere, etiam mox ante pastum; Hinc potius 4. aut quinque horas a cibo sumto assumentum. Sed vellem, ut omnes qui cum eo consentiunt, plurimarum gentium adirent mensas, ut viderent quam optime se haberent, susque deque habita ejusmodi diæta, imo quod dampnum sentirent manifestum, hac observata: vel ut a coquis disserent, oliam cibis durioribus repletam ignique appositam indigere sufficienti fluido si cibi redigi debeant *μελαγχα* vel chylum. Potum vero ante cibum non possum non cum schola salernitana ita canente *Ut vites ponam de poribus incipe cenam;* vel *Primeros. Lib. III. cap. 13. de erroribus Medicorum commendare,* ad distributionem cibi promovendam, ventriculum expurgandum, calorem nativum vel temperandum, vel si nimis debilis augendum, calculi generationem impediendam & subsequentem cibum melius concoquendum.

§. 15. Nec magis ii attendendi sunt , qui semper certum tempus ad prandendum constitutum volunt , ita , ut cum arabis in 2. diebus ter alimenta assumere jubeant i. e. 16. quaque hora vid Rhases Lib. IV. Cap. 4. ad Almansorem vel cum Gracis & Romanis 4 aut 5. vel cum Ebrais , aut Persis bis de die , sane nihil refert , an quis bis ter vel quater edat , modo prior cibus ingestus sit concoctus , tunc appetitus ipse horam edendi absque mentis directione , nisi consuetudine sit corruptus , indicabit.

§. 16. Qui vero omnem salubritatem ac insalubritatem in genere ex assumendorum crassi tantum absque respectu assumentis determinare audent ; ita , ut cum Galeno 3. cap. 1. de alim. Facult. omnem carnem bovinam deterioris conditionis , & suillam longe melioris esse statuant ; non minus hallucinari mihi videntur , quam illi , qui cum Helmont. Tr. vii. rat. omnem salubritatem ac insalubritatem solum ex appetitu assumentis derivant. Hi plerumque ex proprio appetitu reliquos dijudicant , ex quorum censu præcipue suntilli Medici , qui illam diætam præscribunt , qua ipsi maxime delestantur . prioribus illud perpendendum relinquo : multos ab eo lœdi , quo alii maxime recreantur . Sic alii laudantur à rosarum fragrantia , qua alii maxime resuscitantur , conf. Schenk. obs. med. Lib. 7. de Ideo syngraphia . Nihil fere adeo noxiū deprehenditur , quod non quibusdam existat salutare . Ipsum opium alias inter deleteria non minimū non omnibus esse exitiosum ostendit Baco de Verulamio de vita & morte . Nonne ventriculus robustior cibis durioribus , qui alias insalubiores judicantur magis recreatur quam mollioribus , quibus vel parum , vel plane non resuscitatur . Quis ventriculo debiliō aquam , seu potum optimum & saluberrimum , ut censet Hoffm. p. 548. l. c. præ spirituofiore cū successu commendabit . Exissimo potius utrumque & appetitum & crassis cibi & potus conjungendum esse , & si appetitus non est depravatus magis illum sequendum esse judico , quam assumendorum bonitatem , juxta proverbium : quod sapit , nutrit , & Aphor. 38. Lib. II. Aph. Hippo , appetitus enim facile supplere potest , quod bonitati alimenti deest ; manifeste noxiū enim appetitus incorruptus non desiderat : bonitas vero alimenti non adeo facile compensare potest appetitus vigorem . Interim illud probe observandum est , ne , dum cibum sollicitante valde

valde appetitu, vel assumimus vel jamjam deglutivimus, nimis
follcite inquiramus vel prælibatione, vel recordatione, an nō-
bis conducat, nec ne? an palato antehac fuerit gratus nec ne?
alias anima, dubitando de salubritate alimenti retrahitur, & mi-
nus exoptata concoctio sequi potest.

§. 17. Quantitatem nonnulli cum Lessio Jesuita annotan-
te *Primeros. l. c.* in genere determinare audent. Ciborum nempe
§ XII. potus § XIV. cum tamen hominum labores, motiones, con-
stitutiones, appetitum vel maxime varient; excedentem vero
ceu pester fugiendam volunt. *Quercet.* p. 226. ubi non possum
non quoad cibos assentiri, quia nemo facile adigitur ad plus
edendum, quam appetitus desiderat, & ventriculus concoquere
valet, ut ita mature assuescere necesse habeat, quo minus dein-
de lñdatur. Nec me movet autoritas *Hippocratis Lib. VI. Epidem.*
secl. IV. p. 774. ἀπόντος ὥρης. ἀκρόπιν θερμός conf. & L, I. apb. 17. Interim
non sequitur uno prandio non plus commedi debere quam in
altero; quoniam excessus modo committitur, quando ultra ap-
petitum proceditur ordinatum. Nec quod præcise prandio cœ-
na parcior institui debeat, quia tempore somni, regredienti-
bus spiritibus, & que imo melius cibus digeritur. Sic Lipsia
plurimi cœnam prandio instituunt largiorem, nihil damni exin-
de sentientes, contrarium vero in patria mea Silesia observatur.

§. 18. De potu vero aliter sentio. Sæpe enim decorum, licet
non ubique probandum, aliaque circumstantiae requirunt, ut
quis ultra fitum potitare necesse habeat; ut itaque hoc mature
perferre discat, quo minus deinde lñdatur, consultum erit.
Accedit & hoc, quod excessus in potulentis non adeo noceat
uti in esculentis: præterea nonnulli, præcipue sanguinei, sæpe
vel exiguae molesti ideas foveant, quæ animam ad excernen-
dum invitent sufficienter. Ne itaque ejusmodi idea exigua
sensim sensimque augeantur, & anima iis assuescendo ob le-
vem insultum eas dediscat, ut deinde longa retentione aut in-
flammationes aut obstrunctiones subsequantur, studio anima
non nunquam irritanda est ad exercendum ejusmodi latentem
materiam peccantem, & illud optime fieri potest largiori po-
tu. Quo mentem intendisse videntur. *Plato Lib. II. de lege* & ex eo
Cato & Marsilius Ficinus; Sapienti viro ebrietatem concedentes,
ut

ut ea tamen ad vim & furorem non impellat. His adjunge *Sene-*
cam C. 15. de trauquil anim. afferentem nonnunquam usque ad ebrie-
tatem veniendum est, non ut mergat nos, sed ut deprimat conf & avi-
cenn. In cantic. 3. doct. I. Cap. 2. §. 8. Raf. Lib. 4. cap. 5. Vide hanc
quaestione decifam, in quantum semel in mente inebriari con-
ducat, in Ephem. N. C. D. I. A. III. p. 603. Sed protestor, me neu-
tiquam gulonibus velle patrocinari, qui non sanitatem sed va-
nitatem, imo dementiam pro scopo habent. Nunquam enim
eo deveniendum est, ut rationem ejusque usum ejurasse videa-
mur; sed tantum ad hilaritatem usque bibendum judico.

§. 19. Accedo nunc ad ægrotorum diætam in vietu, ubi
cum Hoffm. l. c. tentant cujuslibet morbi rudimenta prima absti-
nentia eliminare. Multi etiam in ea usque adeo limites trans-
grediuntur, ut cum Heraclide ægros suos, præcipue febri-
stantes ad septimum usque diem abstinentia excruciare non du-
bitent. conf. Clerc l. c. P. II. p. 83. Vel cum Deuxippo & Apollonio
omnem potum denegent ib. p. 249. ast quis scorbuticos, melancho-
lia laborantes à vermbus aliosque ægros, quorum ventriculus a-
*cido abundat, absque manifesta noxa longa abstinentia cruci-
abit, febricitantibus æstu tostis potum denegando crudelitatis
notam effugiet. Et multa certe exempla sunt in promptu eorum
qui unico potu ita se recrearunt, ut brevi post fuerint restituti.
Hinc porro suadent ne æger fastidio laborans unquam ad cibum
cogatur, quia causa morbi remota etiam fastidium cessare soleat.
Sed quis illos ægros, qui saltē phantasia, neutiquam appetitu,
cibos abhorrent, perire permettit, qui ideo ægrotant, & tandem
moriuntur, quia comedere recusat reluctante appetitu qua-
les duas recenset historias eorum, qui ad cibum, nisi coacti
*fuissent, periissent. Schenck. Lib III. obs. p. m. 321.**

§. 20. Qui tandem aliquid cibi ac potus concedunt, neu-
tiquam tamen in paroxysmo, nec cibos duriores, nec potum
frigidiores, nec vinum facile febricitantibus, præcipue & po-
dagicis, omnium vero minime excessum in utroque permit-
tunt. Refert autem Galenus 10. Metab. C. 3. de juvene tertiana la-
borante, qui nisi in accessione cibum caperet in syncopem inci-
debat. Ec quis ejusmodi ægroto, imo & aliis qui longa labo-
rarunt inedia ob continuum fastidium, in paroxysmo sollicitan-
te

te maxime appetitu, & ubi ex denegato cibo fere timendum, ne æger plane succumbat, cibum et potum denegabit? commemoratur a Pech. i^r obs. 51. de jure consulto & vetula Cacostomachia laborantibus, qui ventriculum & appetitum collapsum instaurare non potuerunt, nisi appositis in cœnam arefactis passeribus marinis. Quis nescit multorum ægrorum ventriculum vel ob acidum prædominans, uti sæpe fit in chlorosi, vel in calidioribus naturis, non alio recreari posse, quam ejusmodi duro fibrosoque & inde pingui glutine. Partum sane ejusmodi ægroti mollioribus refocillantur: latet etiam sub ejusmodi appetitu sæpe instinctus naturalis, de quo pauca inferere hic, licet extra ordinem, integrum erit.

§. 21. Male vulgo hic instinctus naturalis in regulis diaeticis negligitur, itaque è re eit, ut ostendatur, in quantum ipsi sit connivendum, ne mox improbetur, si cum regulis diaeticis non conspiret. Est autem motus animæ solitarius, seu desiderium in quandam rem, quod neque à sensu quodam externo, neque meditatione, neque consuetudine ortum ducit, sed sola divinatione; Cujus beneficio anima, uti in brutis, noxiū fugit, salutare appetit; hinc anima tunc quovis Medico sapientior esse solet. Ejusmodi enim res desiderata, aut animam erigit & exhilarat, robustioremque reddit, ut eo fortius meliusque materiam peccantem aggredi valeat, vel anima ipsam rem desideratam in saluberrimam mutat medicinam. Quod vero in ægrotis magis observetur quam sanis, causa forsitan est, quia anima in ægrotis, præcipue in morbo desperato magis sibi relicta est, & à regimine mentis immunis, cum constet, mentem sæpe ejusmodi instinctum refranare.

§. 22. Recenset Hildanus Lb. I. obs. 37. de muliere ulcere maligno circa fauces laborante, quæ halece, piscibus salitis fumo, que induratis, anxie ea desiderans, se curavit, & Eph. N. C. in D. II. AV. p. 16. app. quartanam halece curatam annotarunt. Meminit Pech. C. II. Obs. 43. virginis ascite consummata laborantis, quæ potu largiore cerevisia (Bottel-Bier) se liberavit. His adjuvante Schenck Lb VI. p. m. 744. qui varios quartanarios singulari appetitu laborantes etiamque sanatos, postquam voti compotes rediti fuerunt recenset, conf. & Stabl, in Diff. de Diata: qui de quodam refert,

C

refert, cui à lithotomo vagabundo cum testiculo & vaginali scrofula frustum intestini exsectum fuerat, quod esu brasicae muraticæ & botuli assūti, quæ anxie desideraverat, morti jam approximans fuerit restitutus. Thomas à Viga in suis *Comm. in Artis Med. Galen.* de quodam ardente febre laborante enarrat, eum enixe postulasse, sibi concedi in stagno illo, quod pavimentum credidit, vel montaneam saltim immersionem & natatum, quo concessio sanatum fuisse.

S. 23. Verum enim vero circa huncce instinctum sequentes cautelæ maxime sunt necessariae: Ejusmodi instinctus nequitiam fieri debet à mentis repræsentatione, i.e. absque recensione ac animadversione, solo anima motu. It. ne demonstrative sit contra experientiam ac rationem, quia tunc non est animæ instinctus, quæ, nisi conuentudine sit corrupta nunquam, vel rarissime manifeste noxia desiderat. It. Si res desiderata rationibus valde probabilibus sit dissuadenda, consultum est, non uno impetu satisfacere appetitui, sed per vices ingerere, ut tempore nautari queat, si forte obscurum observetur. si tandem ægrotus huic rei desiderata astuevit, concedenda est, quamdiu materiam peccantem alterat, ultra hoc non æque.

S. 24. Hinc facile elucescat, non cuilibet ægrotu speciem quandam potus vel vinum aut aquam frigidiusculam denegandum esse, nec levem excessum, cum instinctus naturalis in causa esse possit; ipsa enim experientia & ratio commonstrant, multos alvi obstructione pertinacissima, Colica, febris ardentibus præcipue biliosis laborantes solo aquæ gelidae potu, imo podagricos vini haustu fuisse liberatos: mentionem facit *Galen. Lib. 10. metb. cap. 5. juvenis*, qui potu gelidae à febre ardente ex bile orta se liberavit, puto non aliter, quam abstergendo, refrigerando & potissimum se recreando: huic similem ob. habet *Rufus Lib. III. Com. Tr. 1. cap. 2. uti & Zaccus Lusi. Prax. adm. Lib. III. ob. 7.* In quantum vero vinum podagrīcī salutariter sit porringtonum & propinatum conf. *Crato Conf. 153. R. Fortis 4. Conf. 172. Sydenhamius p. m. 581.* Si enim podagrīcī vino valde sunt assueti, vel senes, ut ventriculi imbecillitate maxime laborent, vel illum valde & anxie desiderent, puto in minori quantitatē, (modo non multum tartaro sit refertum & acidulum,) tuto posse porrigi; ardentes febres

bres vino curatas vid. in Ephen. N. C. D. II. A. II. p. 87. & A. VII. p. 67.
imprimis ejus singularem usum in malignis annotavit. *Magnif.*
Riv. in Diff. de febribus malignis §. 35.

§. 25. De levi excessu, qui ipsas animi vires non superat
ita sentio: anima ad desperationem fere redacta ideo sape ex-
petit excessum, ut quia illum digerere non valet, cum illo simul
materiam peccantem excernere possit. Sic videmus levem ebri-
etatem sequi copiosissimam sudoris ac urinæ-excretionem, qui-
bus simul facile materia peccans proscribitur. Recenset Schenck.
Lib. 6. p. m. 744. de quodam quartana laborante, qui ita ventri-
culum impleverat, ut molem ferre nequiret, hic excitata virtute
expultrice, non modo cibos gravantes, verum etiam purulen-
tum humorem per vomitum extrusit, sicque se liberavit; quod
tamen exemplum ut quis imitetur, nemini sum suasor, neque
ut alium excessum facile in solidioribus, utique quidem in po-
tentilis committat. Hujus salutarem effectum sequentes com-
mendant observationes: Referunt Eph. N. C. D. I. A. III. obs. 45.
quendam vini Hungarici copiosiore & ad temulentiam usque
ingurgitatione per sudorem profusissimum febre Hungarica fu-
isse liberatum, & alium febre quartana spiritus vini largiori
haustu teste *Lanzonio in D. III. A. 9. & 10. obs. 114.* item poda-
gram ebrietate sublatam *D. II. A. VI. p. 82.* quibus adjungendum est
Zacut. Lufsi. Prax. adm. Lib. III. ob. 7. qui annotavit, quendam à sudore
frigido atroci ob viscerum imbecilitatem vini potu copioso sana-
tum fuisse. Notum est potum largiorem etiam usque ad temulen-
tiam sape in Peste existere saluberrimum remedium, quatenus eo
terror discutitur; quem & in peste Erfordiense anno 1681. & 82.
salutarem fuisse ex relatione excellentiss. *D. Fischer: Patroni, Promotoris*
ac hospitis ad cineres devenerandi repero. Nec oblivioni tradendus
est *Pechlinus Obs. 16. Lib. 3.* qui de sacerdote resert, qui omnibus
aliis remedii incassum adhibitus, ab atroci melancholia vini
merioris haustu fuit restitutus. Et non mirum, spiritus enim
ad subtilem hilaresque cogitationum lusus erigantur, ab imagi-
natione tristis divelluntur, & in pristinos ordines revocantur.
Scias tamen ad hocce remedium generosum non prius deveni-
endum esse, priusquam ejus salutaris eventus sit sperandus;
Nec ad spirituum usque submersionem procedendum. Lenem
enim

enim temulentiam non improbabis, alias etiam opium rejiciendū esset.

§. 26. Ab externis ad interna progreder, & quidem ad excreta & retenta: ob chartæ vero huic dissertationi destinata angustiam potiora modo percurram, ex quibus reliqua facile disjudicari possunt. Jubent autem bis de die alvum exonerare, & nisi feces proprio instinctu succedant, alvum mox à somno sollicitare, ut certo tempore assuescat, *conf. Senn. p. 892. l. c. Quer. l. c. p. 333.* *Hoffm. l. c. p. 572.* annotavit vero *Magnif. Bohn. de off. med. p. 375.* de puerō, qui intra duas septimanas vix alvum exoneravit & curatus pejor evasit, ita ut pristinam consuetudinem repetere fuerit coactus. Huic adjungendus est *Heurnius in Hippocr. de purg. med. text. 14.* qui de puella refert, eam trimestri spatio vix semel alvum exonerasse absque noxa. Sic *Rhodius obs. 81. Cent. II.* cuiusdam mentionem facit, qui per 24. dies absque damno vix alvum depositum. Ad ejusmodi stypticitatem alvi multum contribuere videntur, dispositio intestinorum, præcipue cæci, si majoris deprehenditur capacitatris quam in aliis; calidior temperies totius corporis: hinc siccitas nimia in intestinis crassis, & hinc fæces induratae: maxime aurem confuetudo. Puto vero in sanis, ubi anima non manifeste errat, functiones, uti excretio, soli animæ seu spiritibus reliquendas esse, & à mente nihil debere determinari; animam vero neutiquam certo ordini esse mancipandam, ob rationes superius allegatas. Si vero mala confuetudo subdit eam non mutandam censeo, si nimis sit inveterata, ita ut natura jamjam huic se accommodaverit quominus damnum aliquod inde sentiat, imo à mutatione probabiliter pejus quid sit timendum, alias utique corrigi debet *conf. Hipp. lib. 2. apb. 20.*

§. 27. Fluxum Catameniorum in virginibus puberibus, v. g. annorum 18. & ultra studio, nisi sponte fluat nonnulli proritare jubent, & quidem ex ea ratione: quod muliebris sexus sanitas ab hac evacuatione maxime dependeat *conf. Hoffm. l. c. p. 578.* imo ejusmodi Virgines vix cum fructu matrimonium posse inire: Lochia vel plane non vel non sufficienter fluentia in puerperis ad fluxum disponenda & augenda esse existimant. Experientia vero utrumque saxe dissuadet; refert magn. *Bohn. l. c.*

c. p. 416. mulieres Grönlandia plane fluxum mensium non pati absque sanitatis ac imprægnationis detimento. Ipse novi virginem, quæ usque ad annum 19. absque mensium fluxu si- ne ullo incommodo vixit, & cum aliis, me dissuadente, ipsi men- ses per medicamenta proritare studeret, in Cachexiam & pedum tumorem fine fluxu eam conjiciebat. Multa etiam hinc & in- de occurunt exempla foeminarum absque mensium fluxu im- prægnatarum, absque lochiis subsequentibus enixaarum conf. im- primis Eph. N. C. D. II. A. t. obs. 41. ubi plura exempla allegantur it. senneri. Prat. lib. 4. P. 11. Sct. II. cap. 1. qui ibidem varia con- gessit exempla. Parturiéntem sine aquis annotarunt Eph N. C. D. t. A. III. obs. 132. Si enim foemina parum succi & sanguinis possident de cætero respe&tive sanx, sane aut parum vel nihil san- guinis excernunt, quia sanguis in iis neque quantitate neque qua- litate excedit: è contrario sape foemina magis sanguineæ & suc- culentaæ etiam ad medium usque gestationis tempus & ultra menses satis largiter patiuntur absque scerus detimento.

S. 28. Datur adhuc fluxus utr que exti communis, nem- pe hæmorrhoidalis, de quo præcipiunt: provideri oportet, ne uti- bissima hac sanguinis depletio ulla ratione intercipiatur: conf. Hoffm. p 579. Ast multorum Medicorum in hunc fluxum confidentia eo abiit, ut nullum sere morbum præcipue chronicum curare sibi confidant absque hujus prioritatione; nec multum abest, quin in posterum viri omnes reddantur foeminae menstruatae. Scio e- quidem, huncce fluxum à multis & magnis imo sape desperatis liberare morbis; scio tamen, multos etiam curari posse absque hoc fluxu, & illud equidem ex experientia Magnif. Rivini, aliorumque observationibus. Suadendum potius esset, ruentem sanitatem aliis & quidem commodioribus remediis, si permis- sum est, præcipue prudente diata erigere: Si quidem multi hoc fluxu adeo emaciantur, ut Scelerotri magis quam hominem re- präsentent. Non semper enim sanguis melancholicus per hunc fluxum excernitur, ut sibi vulgo persuadent, sed etiam floridus & bene constitutus teste Spigelio lib. 5. c. 3. de hum. corpor. fabr.

S. 29. Saliva, Semen & reliqui humores in corpore ad excreta & retenta simul pertinent: Sed molem hæc Dissertatio excederet, si singula percurrerem: itaque de semine, seu exer- citio

citio Venereo, & quidem in ægrotis modo, pauca libet annē. Et cetera. Volunt plerique, ut hoc exercitium in omnibus sere morbis excepto furore uterino intermittatur, quia ægros viribus valde defraudat; etiam in ipsa epilepsia, cum coitus quasi sit parva epilepsia. Reclamat autem experientia, jam dudum Hippocr. Lib. 6. Epid. Comm. 5. Text. 27. Venerem catharrhalium morborum curatricem agnoscit, conf. & Lib. 1. Epid. text. 71. it. Lib. 1. de Diet. cui adjunge Amat. Lust. Cent. 1. Observ. 47. qui Coitu dysenteriam sanatam observavit. Orgasmus enim spirituum ab intestinis ad vas seminalia retrahitur, hinc cum iis simul humores: Quartanam venere curatam, vide in Eph. N. C. D. 1. A. 1. Observ. 86. cui adjunge D. II. A. X. p. 221. ubi sine dubio Idea febrilis venerea idea fuit extinta. Epilepsiam ex retentis mensibus Venere & puerperio sanatam observavit Cummius in Eph. N. C. D. 1. A. 1. Observ. 86. conf. & D. II. A. 10. p. 220. Schoberus in Eph. N. C. Cent. 1. Observ. 23. p. 80. Epilepsiam Venere sublatam observavit, quæ ob mira Symptoma dæmoniaca fuit dicta. Hinc concludo: Epileptico ex semine tali facto, quod in Virus quasi abiit, ut vellicando pungendoque nervos vasorum seminalium motus convulsivos producat, exercitium Veneris neutiquam esse denegandum, si alia circumstantiae præcipue morales illud permittant.

S. 20. Excreta & retenta sequuntur motus & quies. In his uti & in aliis reliquis nunquam excedendum esse putant, neque in sanis neque in ægrotis. Contrarium autem s'vadet curatio à tarantula demororum. It. referat Pechl. I. III. Observ. 35. quandam quartana iæveterata pessime laborantem equo se commississe fecocissimo, cui domando cum omnes vires impendisset, morbum evanuisse, provocata 4. horarum lasitudine. Duro enim nodo durus nonnunquam querendus est cunctus. Quis facile ægrotis ceu remedium inconsuetum cachinnum s'vadebit? salutarem nihilominus ejus effectum multis exemplis comprobavit, Pechl. I. III. Observ. 28. partim à pueris difficili partu laborantibus, partim à vulneratis, ex quorum vulnere sanguis congruatus prodire noluit, petitis. Nonnulli censent omnem motum in lasitudine & vulneribus fugiendum esse, & quidem in his ob.coalitionem, quæ motu impediretur. Verum experientia ac ratio ostendunt, nonnunquam motum excutere lasitudinem nempe

fpon-

spontaneam ; quæ à langvidiore fluidorum sit circuitu ; item membra vulnerata levi commotione indigere , ne rigida reddantur , & intra articulorum cartilagines inspissetur ac induretur lymphæ.

§. 31. Multi cum methodicis valde sunt solliciti de forma leti figura decubitus , vid. Clerc. l. c. p. 171. Sic Rodericus à Fonseca de suenda sanitate c. 18. & Quercet. l. c. p. 339. In Culcitris plameis , in Germania usualibus , cubare disfivent , quia disponere ad renum calculum , extraneum calorem concitare , & tabem præparare credunt , sed potius in lanuginosis , ut sit in Gallia ac Italia dormire commendant. Verum enim vero experientia quotidiana irridet ejusmodi inanæ præcautiones. Alli in latere sinistro , alii dextro recubare melius , & fere omnes decubitus supinum ac pronum fugent ; cum potius variis decubitus speciebus aspescendum esse existimem , ut necessitate cogente , si uno latere scirrho vel collecto pure vel incubo laborent , reclinacionem in idem latus vel pronam , quæ meliorem tunc requiem concedit ; non repugnante consuetudine possint perferre.

§. 32. In Diæta somni ac vigillarum omnem abhorrire jubent somnum post pastum præcipue meridianum , quem ex toto insalubrem judicant. conf. Hoffm. l. c. p. 610. Willif. de anima brui. P. I. c. 16. Egineta. l. c. 97. nihilominus experientia è Regionibus calidioribus petita huic asserto reclamat , eorum enim incolæ optimo cum successu somnum meridianum capiant ; regredientibus enim spiritibus cibus omnino melius concoquitur. Cur non æque salubris in nostris Regionibus præcipue æstate judicandus erit ? cur non in senibus iisque , qui jamjam matutino tempore profunda meditatione multos dissipant spiritus ? Et cum somnus coctioni ciborum valdopere inserviat , ut vulgo afferunt vid. Hoffm. p. 606. non video , quod debilitas universo generi nervoso inde pertimescenda sit. Attamen nemo temerarie illi assuecat , sed sciat diem esse ad laborandum & vigilandum , & noctem ad dormiendum destinatam. Tandem nec certum tempus pro omnibus & quidem æquale ad somnum capessendum constitui posse , certissime mihi persuadeo , nam deprehenduntur , qui vix 3. aut 4. horis ad somnum capiendum indigent , cum alii 7. vel 8. horas dormiunt , conf. Petrb. l. III. obs. 41.

§. 33.

S. 23. Nunc demum animi pathemata adeunda sunt, non moraliter sed physice consideranda, sub dupli nempe perceptione seu motu partim grato seu voluptuoso, partim ingratuoso doloroso: Grato, quando spiritus plus justo expanduntur, & pleniore influxu ad membra & viscera propelluntur, hincque sanguinem ad totum plenius expandunt ac rarefaciunt, uti in ira, quæ ejusmodi expansionis jure salutatur summus gradus: Ingrato, quando spiritus nimis repelluntur & se ipsos retrahunt ad spnam dorfi & cerebrum, ita ut extrema artuum ac corporis influxu spirituum ceu motore destituta frigescant sanguisque stagnare incipiat, ut fit in errore, qui ejusmodi retractionis summus est gradus. Reliqua pathemata ab his duobus modo gradu differunt; Hinc duos hosce tantum affectus examinare placet.

S. 34. Jubent autem scriptores diætетici v. g. *Quercet.* l. c. p. 331. *Hoffm.* l. c. p. 14. ut tam sanī quam ægri utrumque pathema abominentur, omnesque ejusmodi occasiones evitent. Quod sanos attinet, dissentire non possum; quia ejusmodi affectus in nullius fere potestate repositi, eorumque furor nimis repentinus omnem fere directionem respuens, ut maxime timendum sit, si etiā iis aliquis sensim velit assuescere, quo minus deinde ledatur, ne statim primâ vice succumbat. Interim quilibet quantum fieri potest. eo annitatur, ut etiam res insolitas absq; terrore, quamlibet offensionem absque ira perferre discat. quod ægrotos vero concernit, aliter sentio, ubi sāpe remedia desperata sua laude non sunt privanda, modo adhibeantur cum grano salis. Experientia enim utriusque salutares effectus sāpissime monstrat. de quibus præ aliis legi meretur excell. *Larg.* in oper. Tom. III dff. z. p. 17. *de commotionum animi vi Medica.* Lubet nunc nonnulla exempla partim ex illa dissert., partim ex alijs scriptoribus in medium proferre, & quidem primo de ira.

§ 35. Refert *Forestus de melancholico lib. 10. obs. 15.* qui disputatione ac altercatione & hinc ira subsequente ad sanam mentem rediit, antea incassum adhibitis fere omnibus remediis. *Meminit Herofius lib. 3. Conf. Epist. 12.* triennalis paralyticus, qui ob præsentiam hostis in furorem actus & lecto profiliere potuit, & cum aliis

aliis civibus hostem aggredi *conf.* & *Donat.* p. 640, qui *Contractum* per Iram curatam observavit. Sic *Crato Lib. 6. Conf.* paralitico & phlegmatico cum Έυφορίᾳ iram provocare jussit. Non minus salutaris ira in podagrīis observatur, ubi prae aliis conferri possunt *Pecbl. l. III. obs. 28. & Epb. N. C.* hinc & inde. *Barbul. Histor. anat. Cent. 6. bish. 28. Horstius lib. 3. P. 2. obs. 8.* à quartana ira liberatos vide apud *Valeriolam l. 2. obs. 4. Schenck. lib. 6. p. 744. stypticitatem hinc alvi solutam* vide in *Epb. N. C. D. II. A. V. p. 57. app. mutuum ira loquentem in Aet. Hahn. Vol. I. obs. 81.*

§. 36. Jam examinandum est, in quantum ira ejusmodi sit suadenda: *afferit Gal. 2. de cauf. sympt. 5.* se neminem ab ira interisse observasse. Et certum est, iram minus exitiosam esse terrore, & minus repentina gaudio; siquidem plures gaudio repentina quam ira mortui deprehenduntur *conf. Epb. N. C. D. II. A. IX. p. 53.* Nec video cur levis excandescētia non sit concedenda, imo & excitanda, modo absit animus lædendi, & finis potius sanitatem recuperandi, qualem vel ipse *s. Codex Psal. 4. v. 5.* approbare videtur. Itaque in melancholicis, quorum viscera spiritibus hincque robore suo valde destituuntur, ob nimis intentum ac cogitabundum animum, quo spiritus in cerebro nimis retinentur, omnino iram suadendam esse censeo, cautelis observatis inferius appositis. Hac enim veterius spirituum excutitur illique ablegantur ad viscera, & quidem magis quam in labore ubi potius ad musculos abeunt. Nec possum non *cum Hipp. & Gal.* in omnibus fere morbis frigidis v. g. paralyticis, phlegmaticis, quidni & podagrīis eam commendare, ubi vel torpor spirituum adest, vel humores, præcipue lympha intra articulos nimis compacti deprehenduntur. Sic enim in paralyticis, *ut cum Bacone de Verulamio in Histor. Vit. & mort. p. 249.* loquar: Ira sibi permitta & foras prodiens, juvat tanquam medicamenta quæ robustum inducent calorem. Cum porro superveniens febris teste Hippocr. paralyxin solvat; ira ceu febris quædam artificialis & subitanea, non erit ita incongrua.

§. 37. Velim tamen ut sequentes cautelæ studiose observentur: Utrumque pathema saxe non tam ipsum morbum, quam

D

paro.

paroxysmum tollit v. gr. Ira podagram, terror febris paroxysmum. Hinc in iis nunquam sunt solitarie adhibenda, sed simul remedia, quæ ipsam causam removent. Uterque affectus nunquam admittendus est, nisi sit res desperata: alioquin commodiora remedia sufficiunt. Ira non est excitanda in sanguineis, chole-ricis & iis, quorum viscera non sunt salva, nam inde inflamma-tio esset pertimescenda: nec in iis qui ad erysipelas sunt pro-clives motusque convulsivos; licet nonnullos epilepticos ira restitutos sciam: nec in iis, qui ira fervorem suppressum atque huic affectui nimis indulgent; sed irritandi modosunt ad iram, qui præsentis sunt animi, moxque se colligere valent.

S. 38. Iram excipit terror: Hunc mirum in modum tam sanguinis quam spirituum orga[m]num compescere, quotidiana docet experientia, quando hemorrhagia narium laborantibus & quidem nucha affundunt aquam frigidam. Sic menses nimium fluentes terrore curatos vide in *Eph. N. C. D. II. A. VIII* p. 385, epilepsiam terrore & quidem ab igne sublatam obseruavit *Panarol. Jarol. Pentec.* 2. obs. 39. p. 53. ab aqua frigida vero vid. in *Eph. N. C. D. II. A. IX* p. 303 febres quartanas terrore sublatas annotarunt *Pechl. I. 1. obs. 48.* Boyleus de nat. philos exper. exerc. 5. p. 282. *Eph. N. C. D. I. A. II. obs. 150. D. II. A III. obs. 93.* Tertianarios immersione in aquam gelidam sanatos obseruavit *Schenk. lib. 6. p. 743.* Cuiigno-tum est curatio hydrophoborum immersione in aquam, adeat Forestum in suis observationibus. Pertinacem dysuriam comitis cuiusdam solutam terrore vide in *Eph. N. C. D. II. A. 9. obs. 161.* singulum terrore sublatum annotarunt *Donat. p. 639. Galen. lib. de med. facil parab. c. 31. Riedling. lin. med. A. II. p. 276.* quomodo strumæ conrectatione manuum mortuorum sint auferendæ docet *Wedel.* in *Eph. N. C. D. II. A II. obs. 142.* ubi plura hoc modo sanatorum allegantur exempla. Sic docet *Helm. in Tr. demens Idea* §. 46. stigmata a matre impressa factui ad motione manus hominis tabe extinti tolli. Herniam terrore retroulpsam *obs. Pechl. lib. III. obs. 24.* Sic uteri prolapsum terrore sanari ostendit *Zacut lufst. I. 2. obs. 95.* quando ægrotis insciis ad denudata cruralacertas vi-vas vel mures allegare jubet, qui per femora vagantes terrorem vel metum incutiunt. Huic adjunge *Bourgesiam*, qui embryonis manum

manum aut pedem ex utero se exerentem aqua frigida repellere docet.

§. 39. Sed nunc videndum est, in quantum terror sit adhibendus, ubi non possum non Magnif. Bobnio l. c. p. 422. ad stipulari statuenti: periculosem esse; morbos per terrorem depellere: terror enim non est simplex pathema; sed quem plerumque aut metus aut ira comitatur. Hinc diversimode in sanguinem agit, modo ad quietem magis componendo, modo vehementius exagitando. Nihilominus cum experientia tot salutares terroris effectus suppeditat, puto non omnem, præcipue levem, qualis à contrectatione manuum mortuorum, plane fugiendum esse, modo sequentes attendantur cautelæ. Terror non est adhibendus in subjectis melancholicis, & iis qui spiritibus valde sunt destituti, ut hinc timidioris sint animi, & terrori nimis indulgeant: nec in iis qui ad iram & erysipelas sunt proclives, & quorum viscera non sunt salva; sed in iis qui magni & excelsi sunt animi & facile ad se redeunt, quo minus omnimodam coagulationem sanguinis incurvant: tandem terror excitetur rebus levioris momenti, quarum periculum statim transit. Tunc omnino non infelix eventus erit expectandus: sic enim motu contrario terroris motus spirituum febriles & commotiones convulsivi extinguentur; sic hemorrhagia, singultus ab inordinato ac nimio influxu spirituum ortus, dysuria à spasmo, retrocessione spirituum sistentur: struxæ pederentim evanescunt anima ob horrorem retrocedente, ut nullum ulterius affluat nutrimentum. Idem judicium esto de herniis ac uteri prolapsu. Ast uti antea dixi, ubi leviora & commodiora remedia supersunt, noli ad hæc generosa devenire.

§. 40. Sic auxiliante Numine divino ea ad finem perduxì, quæ hæc vice proponere chartæ & temporis angustia permisit. Noli vero B. L. meos conatus, finemque hunc innoxium sinistre interpretari: Eum enim in finem neutquam hæc multis forsitan paradoxa proposui, ac si omnem diætam susque de que haberem, sed potius ut alios, præcipue viros in re medica consummatos submissæ invitarem, ut de corrigendis ac limitandis

tandis regulis diæteticis nimis hinc & inde universaliter conscriptis magis sint solliciti; ne ulterius in omnium Medicorum opprobrium proverbium locum inveniat: optima diæta pessima diæta. Ut vero de me certior evadas, quamnam ego pro genuina exultinem, hanc ita definire lubet: *Diæta est prudens regimen & principii nostrri vitalis, i.e. naturæ, & principii physico mechanici, i.e. temperiei corporis nostræ & rerum corpus nostrum quoconque modo sufficientem, consilens in fuga eorum, que corpus nostrum destruere judicamus, & acquisitione eorum, que corpus nostrum tam conseruare quam præservare possunt.* Ex hac definitione omnes regulæ diæteticæ sponte fluunt: attendendum nempe esse ad integrum constitutio- nem animæ ac corporis, ad Regionum temporum, atatum sex us- que varietatem, & vel maxime, ut corpus duris affliscat, & ita præservesetur, quo minus deinde lardatur. Hæc diæta nun- quam absque manifesto damno est negligenda. Hæc diæta genu- ina mihi impostorum praxi medicæ consecrato, semper cordi cu- ræque erit. Faveas itaque B. L. conatibus hisce meis & futuris,
Si DEO placuerit Huic Summo Archiatro pro concessis viri- bus sit Laus Honor & æterna Gloria!

TANTUM.



Erfurt, Diss.) 1718



vD 78



1718, 12 2
15

Συν Θεῷ τελετεύεσθαι.
DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
DIAETA
NONNUNQVAM SALU-
TARITER NEGLECTA
ET NEGLIGENDA,
QVAM,
AURIGANTE DIVINO NUMINE,
CONSENSU INCLUTÆ FACULTATIS MEDICÆ
IN PERANTIQA ELECTORALI ACADEMIA
HIERANA,
SUB PRÆSIDIO
DN. JOANNIS FRIDERICI
DE PRE,
PHILOSOPHIÆ ET MEDIC. DUCT. FACULTATIS MED. ASSESS. ANAT.
CHIRURG. ET BOTAN. P. P. ORD.
PATRONI ET PROMOTORIS SUI COLENDISSIMI,
PRO LICENTIA
HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
LEGITIME CONSEQUENDI,
PUBLICO PHILATRORUM EXAMINI
SUBMITTET
MARTINUS SIMEON Starð/
BOLESLAV. SILESIUS.
DIE VI. SEPTEMBRIS, ANNO CIC 1718.
HORIS LOCOQUE CONSVENTIS,
—
ERFORDIAE,
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.